



## **Policratici Contenta**

**Johannes <von Salisbury, Bischof>**

**Parrhisius, 1513**

C. xvii. In quo tyra[n]n[us] a principe differat: & de tyran[n]ide  
sacerdotu[m]: & in quo pastor/ fur/ et mercennarius ab inuice[m] differunt.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70332](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70332)

## Polícraticí de Curialíũ nugis.

earum absorbuít lignum crucis & dulcorauit eas / & sapientie celestis infusio easdem in salutē animarū & satietatē fecit esse potabiles. He quoq; liberat et totius tyrannidis incursum ípediunt / aut premūt / aut puniūt. Nō ergo vane iures: sed veritas liberat in equitate p̄sistens / & licet vanitas p̄mittat liberationē: vere liberi nequaq; sunt nisi quos filius liberauerit. Tu nature gratie & glorie distingue libertatē & inuenies nullā earū de vanitate cōtingere: nec tibi cōditio magis seruilis occurret q̄ tyrāni. Si enī vbi spūs dñi ibi libertas: miserima p̄fecto seruitute deprimitur quē spiritus nequā exagitat.

ij. Corin. iij.

**I**n quo tyrannus a principe differat: & de tyrannide sacerdotum: & in quo pastor: fur & mercenarius ab inuicem differunt.

### Capitulum. XVII.

**I**n quo princeps differat a tyranno dū reuolueret auctore plutarcho institutio traiani superi⁹ dictū est: & que principis sint officia / aut reipublice mēbra diligēter expositū. Vnde facili⁹ & p̄uiciorib⁹ poterunt innotescere q̄ e regione dicēda sunt de tyrāno. Est ergo tyrannus vt eū philosophi depinxerūt qui violēta dominatiōe populū premit: sicut qui legib⁹ regit princeps est. Porro lex donū dei est / equitatis forma / norma iustitie / diuine volūtatis imago: salutē / custodia / vnio & cōsolidatio populorū / regula officiorū / exclusio & exterminatio vitiorū: violentie & totius iniurie pena. Hec autē aut violētia / aut dolo impugnat: & quasi aut leonis ímanitate vastatur / aut draconis supplātaf insidiis. Quocūq; autē modo id fiat planū est gratiā oppugnari / & deū quodāmodo puocari ad p̄lium. Princeps pugnat p̄ legib⁹ & populi libertate: tyrannus nil actū putat nisi leges euacuet & populū deuocet in seruitutē. Imago quedā diuinitatis est princeps: & tyrann⁹ est aduersarie fortitudinis / & luciferiane prauitatis effigies. Si quidē illū imitatur qui affectauit sedē ponere ad aquilonē / & similis esse altissimo: bonitate tñ deducta. Si enī bonitati studeret esse conformis nequaq; potētie aut sapientie gloriā preripere moliref: remunerādi tñ auctoritate aspirauit fortasse coequari. Imago diuinitatis princeps / amādus / venerādus est / & colēdus: tyrānus prauitatis imago / plerūq; etiā occidēdus. Origo tyranni iniquitas est: & de radice toxicata mala & pestifera germinat & pululat arbor / securi qualibet succidēda. Nisi enī iniquitas & iniustitia charitatis exterminatrix tyrannidē pcuassset: pax secura & quies p̄petua in eum populos possedisset: nemoq; cogita-

ſ. lib. v. r. seqn.  
per totum.  
Sed et hec p̄  
misit. ſ. li. iij.  
ca. j.  
Tyranni diffi  
nitio.  
Legis descri  
ptio.

Esaie. xiiij.

ret de finibus pducendis. Essent etiam sicut magnus pater augustinus testis est: ita regna quieta & amica pace gaudentia: sicut i composita ciuitate: diuerse familie: aut in eadē familia: diuerse persone. Aut forte qđ credibilius est oīno regna nō essent que sicut ab antiqs licet hystoriis iniquitas per se aut presūpsit/ aut extorsit a domino. Et quidem non soli reges tyrānidē exercent. Priuatorum plurimi tyranni sunt: dū id viriū quod habēt in vetitum efferunt. Nec moueat/ qđ reges/ tyrannis/ visus sum sociasse: quia licet rex dicatur a recto: quod principem decet: tñ appellatio eius ab vsu cadit etiam in tyrannum. Inde est illud. Quo potuit populus quēq̄ perducere liber. Ascēdi: supraq; nihil nisi regna reliqui. Et illud. Spes mihi pacis erit dexteram tetigisse tyranni. Et si officium/ contra officium & recte viuendi regulam dici licet/ sentētia vnus/ omnium operit officia: immo vitia tyrannorū Photinus is est: a quo & ipsi possunt non imerito appellari photiniani: primus in monstris pellee domus id ē inter alia portenta egypti: immundicia & crudelitate insignis: qui pompeium leto damnari ausus: aut potius mores tyrannorum sueta presumptione exprimens ait. Ius & fas multos faciunt ptholomee nocentes. Dat penas laudata fides cū sustinet (inquit) Quos fortuna premit: fatis accede deisq;. Et cole felices/ miseris fuge: sydera terra: Vt distāt vt flāma mari: sic vtile recto. Sceptroni vis tota perit: si pēdere iusta: Incipit/ euertitq; arces/ respect⁹ honesti: Libertas scelerū est que regna iūsa tuesur. Sublatuq; modus gladii/ facere oīa seue. Nō impune licet nisi cum fatis/ exeat aula. Qui vult esse pius/ v̄tus & sūma potestas. Non coeunt: semper metuet quē seua pudebūt. Ergo respectus honesti & iusti/ minimus est aut nullus in facie tyrannorum & siue ecclesiastici siue mundani sint: omnia posse volunt/ contēnētes: quid potentiam antecedit hāc & sequatur. Vtrūq; tamen hoc persuaderi vellem: diuinum nondum expirasse iudicium: quo primigenis & semini eorū inflictū est/ qđ quia noluerunt cū possent: inflictum est/ ne possint etiam iustitie obtēperare/ cū volūt. Nā & prouerbio dici solet: quia qui nō vult cū potest: nō vtiq; poterit cum volet. Huius verbi & magnus basilis auctor est. Rogatus enim a muliercula: vt pro ea pncipi intercederet: cartā ei⁹ accipiēs sic scripsit principi: paupercula hec accessit ad me dicens me posse apud te. Si ergo possum: oñde. Et dedit mulieri cartā. Que abiēs dedit eplam principi: legēs q; eam pnceps rescripsit hec/ ppter vos o pater sancte volui muliercule

A. r. s. u. s.

P. h. o. t. i. n. u. s.

A. e. r. s. u. s. l. u. c. a. n. i. i. n. v. i. j. l. i. b.

B. a. s. i. l. i. u. s.

D

## Policratici de Curialiū nugis.

misereri: sed non potui pro eo q̄ tributis subiacet. Sanctus vero rescriptit ei siquidē volēs non potuisti bene / vtcūq; se res habet. Si autē potens noluisti: ducet te xps ad indigentiu chorū / vt quādo voles: non possis. Sed organo suo quo semp electis adest veritas: nequaq̄ defuit: Nam in breui princeps idē imperiali indignatione temptatus: ductus est inter captiuos vincit⁹: vel pena sua satisfaciēs iniuste oppressis. Oratione tamen basilii post sextum diem: de abductione liberatus est: descendente signo imperiali sicut vir sanctus optauerat. Itaq; & tyrāni nomine rex & econuerso interdū principis noīe tyrannus appellat iuxta illd. Principes tui infideles socii sum. Et alibi / principes sacerdotum consiliū fecerunt vt iesum dolo tenerēt & occiderēt / q̄ vtiq; iusto legis iudicio debuerat liberari. Nam & in sacerdotio inueniuntur q̄ plures id tota agentes ambitione / & oībus artibus ei⁹ / vt sub pretextu officii suā possint tyrannidē exercere. Habet enī & res publica impiorū caput & membra sua: & quasi ciuilib⁹ institutis / legitime reipublice nititur esse cōformis. Caput ergo eius tyrānus est imago dyaboli. Anima heretici: scismatici sacrilegi sacerdotes: & vt verbo plutarchi vtar / prefecti religionū impugnantēs legem dñi. Cor consiliarii impii quasi senat⁹ iniquitatis. Oculi: aures: lingua: manus inermis: iudices & legis: officiales iniusti. Manus armata: milites violenti: quos cicero latrones appellat. Pedes qui in ipsis humilioribus negociis preceptis domini & legitimis institutis aduersantur. Hec quidem oīa possunt a superioribus facillime comprehendī. Mihi vero nō debent indignari sacerdotes: si & in eis fatear inueniri posse tyrannos. Alioquin quorsum est illud ppheticū? Fili hominis propheta de pastoribus israel. Propheta & dices ad eos. Hec dicit dñs deus Ve pastoribus israel qui pascebant semetipōs. Nōne greges pascunt a pastoribus? lac comedebatis: lanis opiebamini / & qd̄ crassū erat occidebatis: gregē autē meū nō pascebatis. Qd̄ infirmū fuit non consolidastis: & quod egrotū nō sanastis / quod fractum est non alligastis: quod abiectum / non reduxistis quod perierat nō requisistis: sed cum austeritate iperabatis eis & cū potētia: & disperse sunt oues mee eo q̄ non esset pastor & facte sunt in deuorationē oīm bestiarū agni: & disperse sūt. Quid sibi aliud adesse docet ezechielis hec iprecatio & increpatio / nisi pastorib⁹ abesse q̄ adesse debuerāt: & adesse q̄ abesse oportuit? Propterea hec dicit dñs. Ecce ego ipse sup pastores & regrā gregē meū de manu eorū: & cessare eos faciā vt ultra nō pascāt gre-

Isaie. 1.  
Matth. xxvj.

Ezech. xxxiii

gem meum: nec pascant amplius pastores semetipsos & libera-  
 bo gregem meū de ore eorum: & non erit vltra eis in escā. Non  
 ne tyrannidem sacerdoti videtur exprimere manifestam: & vi-  
 tam illorum depingere qui in omnibus que sua sunt querūt: &  
 que iesu christi sunt post tergum faciunt? Si quidem non meū/  
 sed alienum est: & profecto intemerate veritatis oraculum: quo  
 apud familiarem altissimi inter pastorē: mercennariū / & furē /  
 differētia manifesta prescribitur. Bonus enim pastor animam  
 suam ponit pro ouibus suis. Cuius si queris officium: apud iam  
 dictum prophetam inuenies. Ecce ego ipse requiram oues me-  
 as: & visitabo eas sicut pastor visitat gregem suum in die quan-  
 do fuerit in medio ouium suarum dissipatarū. Educam eas de  
 nube & congregabo de caligine: inducam eas in terrā suam: &  
 pascam eas in montibus israel / in riuis & in cunctis sedibus ter-  
 re: in pascuis vberimis: in montibus excelsis erunt pascua earū  
 requiescent in herbis virentibus: & in pascuis pinguibus pasce-  
 tur super montes israel pascam eas: & accubare faciā: quod pie-  
 rat requiram: quod abiectum erat reducam / quod confractū fue-  
 rat alligabo: & quod infirmum erat consolidabo: & quod pigre  
 & forte custodiam. Hec est enim diligentia qua gregib⁹ debent  
 inuigilare pastores. Quod autem subiūgit: & pasca illas in iudi-  
 cio & iustitia: ei utiq; respondet quod p̄misit: s; cum austeritate  
 imperabatis eis: & cū potentia. Scriptum est enim quia pond⁹  
 & p̄odus / mēsurā & mensura: vtrūq; abhominabile est ap̄d deū.  
 Apud hoīes tamen qui negociationē exercēt grandis videtur  
 esse prudētie: sed tamen illicite: que calliditas & dolus est: si alio  
 pondere vel mensura / sua distrahant & aliis comparent aliena.  
 At in prelato ratio exigit equitatis: vt qd aliis imponit onus /  
 ipse preferat: & quod docere voluerit: opere studeat adimplere.  
 Hoc est enim in iudicio & iustitia pascere: & non in austeritate  
 & potentia imperare. Quod utiq; faciunt qui humeris homi-  
 num alligant onera graua & importabilia: digito autē suo con-  
 tingere recusant. Vnde sequitur. Et cum purissimam aquam bis-  
 beretis: reliquam pedibus vestris turbabatis: & oues mee his q̄  
 conculcata pedibus vestris fuerant pascebantur: & que pedes ve-  
 stri turbauerant hec bibebant. Propterea ecce ego ipse iudico in  
 ter pec⁹ pingue & macilētum: p̄ eo p̄ lateribus & humer⁹ im-  
 pinguebatis & cornibus vestris ventilabatis: omnia infirma pe-  
 cora donec dispergerentur foras. Mercenarius autem oues qui  
 dem vel specie pascit. Sed quia omnia facit ad precium / si lux

Joan. x.

Prouerb. xx.

## Polícraticí de Curialíū nugís.

pum videat irruentem: dimittit oves & fugit: quia non pastor: sed mercennarius est: nec quidē omiū: sed lucri curam habet. Canis utiq; mutus latrare non valens: ut vel clamore & tumultu/ lupū absterreat venientem/ siquidē eum timet qui temporaliū diripit facultatē/ & eum non attendit qui animā cruciaturus est in gehēna. Cecus siquidē est ad grandia: & que nullius sūt phor  
*Ezechiel. xiiij.* rescit. De his (inquit) Ve prophetis insipientibus qui sequuntur spm̄ suum & nihil vident quasi vulpes ī desertis prophete tui israel erunt/ non ascendistis ex aduerso: neq; opposuistis murum pro domo israel: ut staretis in prelio in die dñi. Nihil enī in eis libertatis est: ut mundi potestatibus obloquantur: nihil virtutis: ut veritatem in periculis tueantur. In omnibus lucrū: in nullis aut paucis querunt salutem animarum: dū in suis obtineāt: dū ad ambitionis aut auaritie succedat votū: eorū que cristi sūt iactura cōtēnitur. Fiat pax in diebus eorū/ sint fetose oves: boues crasse: prōptuaría plena cibis: & vasis onusta mensa/ in ammiratiōe intuentiū splendeat: varie & preciose suppellectilis opus cultus abundet: honorētur & colantur a turbis: ditentur visitentur a subditis: in muneribus: sit deniq; liberū impune & sine nota facere quicquid libido dictauerit. Ad singula dicant: euge euge: ut iuxta increpationem propheticam/ luto absq; paleis limif se peccati indurati parietē videantur: qui precipiēte dño fuerat fodiendus ut rueret/ & abhominaciones pessime a domo domini disperirent. Hi sunt qui consuunt puluillos sub capite vniuerse etatis ceruicalia supponētes: ut capiant animas: & lac comedant: lanis operiantur omiū/ & quasi in sōnū negligētie vel audacie induxerunt. Fur autē conuincitur ab opibus suis: quia nō venit nisi ut firetur & occidat: & mactet & perdat. Inimicus utiq; pniciosus & apertus qui necrem pastoris habet nec speciem/ & nec ad lucrū pascit: sed suū lucrū reputat: etiā cū occidit. Pastori itaq; debetur amor: quia diligit/ mercenario patiētia: quia videtur amante imitari: furi x̄o nō debet ecclia nisi penā. Si sciret paterfamilias qua hora fur veniret: vigilaret utiq; & non finiret pfodi domū suā. Vocem pastoris audiūt oves & sequuntur: vocē mercennarii interdum audiunt: sed eum quia non vadit ad vitā sequi contēnūt: vocē furis aspernantur: horrent & fugiunt: quia in manu eius vidēt & in ore audiunt opa mortis. Siquidē non modo fur est & latro: sed lup⁹ rapax/ sequipeda leonis: q; rugiēs circuit querens quem deuoret. Quis ergo illū non repellat aut saltem fugiat: qui ad hoc ouile ingreditur ut mactet & occidat?

*1. Petri. v.*

Si quis (inquit) episcopatum desiderat bonum opus desiderat. Sed nescio quo pacto res in cōtrariū versa est vt cum omēs fere desiderēt episcopari: cū qđ appetūt adepti fuerint: ocio marcēt/ aut qđ turpius est in vanitatis operib⁹ occupātur. Quāta curra tur ambitione/volui quidē superi⁹: sed vt res se habet plene nō potui explanare: et pfecto qđ inutiliter multi versentur in gradu optato/referre difficili⁹ potero. Vnū tamen scio quia nō ea auiditate currūt: vt p alijs aias ponant qui fortune munuscula/vel qđ rectius dixerim gratie dei tēporalia dona: in hūc tñ concessa vsūm vt pmereātur eterna: recusant in necessitate fratrib⁹ erogare. Hāc tñ esse pastoralis officii formā: premōstrauit tam exemplo qđ verbo pastorum princeps. Ergo tāto currētes ambitu mercēnarij pperāt aut fures fieri. Bene tñ agi cū ouib⁹ que illius custodie demādātur: qđ eas vel ad preciū pascat. Nā & in ipsis mercēnarijs/gradus & differētie sunt. Laxāt quidē oēs retia in captura: sed hii in capturā rerū & aiarū/illi res piscātur dum taxat cōtēpto periculo aiarū. Et sepe turbāt oia quo piscandi ad votū vberior succedat occasio. Miraberis variā supellectilē/& cresci (vt dicit⁹) facultates/apud eos qui pdicāt pauperē xp̄m: & quia suis nō cogūtur stipēdijs militare/ euāgelisānt vt comedāt et euāgelistarū stipēdijs abutūtur. Calicē quidē in quo ioseph augurari cōsueuerat in sacci sui ore reuoluūt: sed nō descēdit in man⁹. Lingua siquidē sacerdotis calix est ei⁹ qui in veritate est et pfiguratiōe noīs interpretat⁹ saluator mūdi: institut⁹ vt vaticines abscōdita/& fidelijū mentes potet eo spū quo repleti discipuli verbū fidei & salutis eructātes in iudea: ebrjū reputati sunt dispēsantes granū frumēti qđ in terrā cordis sui ceciderat: & iā in castitate eloquij eorū fructū plurimū dño germinabat. Alij qđ sine euāgelio de euāgelio viuūt/& bene si viuūt tñ vt nō luxuriētur. Hos vix mercēnarios dixerim: qui non laborant vt māducent: sed sine labore nō manducare qđ necessitatis est: sed ociari & luxuriari desiderāt. Om̄ibus quidem qui pastoris exercent officiū gratia debet & reuerētia/& qui christū quacūq; ratione annūciant & lucrū faciūt: cū sua tamen & p sua vtilitate/animarū pastorib⁹/& salutis dispēsatoribus aggregētur: sintq; amici: sint & venerabiles et patrū letētur honore:& si mercēnarij sunt mercede sua me nunq; priuabūtur auctore. Vtinam sit in istis qui verbū dei loquat⁹ qui edificet ecclesiam dei vel ad lucrum. Non inuideo lucro si opera antecedant. Qui vero sic inbiant lucris vt que christi sunt vniuersa cōtemnant:& si nec he

j. ad Thim. iij.

s. lib. v. c. xvj.  
et. li. vj. c. xvijj. ad Corin. ix.  
Genek. xlix.

Actus. ij.

## Polícraticí de Curialiū nugis.

**Nō** delegat.  
et tñ de eis  
caute & pul-  
chre submittit  
& est color rhe-  
toricus qui dicitur  
preoccupatio.  
ff. de offi. pñ. l.  
illicitas. r. ff.  
de offi. pñ. l.  
l. solet.

**S. lib. v. c. xvj.**  
ff. de offi. pñ. l.  
plebiscito.

**Prelatorum  
vitia.**

**ps. xxv.**

**Perf<sup>o</sup> in. j. sa  
tyra.**

**Joan. v.**

**Matth. vij.  
Luce. vij.**

resim doceant: nec contentionibus ecclesiā scindant: nec pasto-  
ris: nec mercenarii digni sunt: nec honore nec nomine. Non lo-  
quor de legatis. Ecclesiam romanam que parēs auctore deo &  
nutricula fidei & morum est: & non potest ab homine iudicari:  
neq; argui celesti priuilegio munita: relinquo itactam. Nec enī  
credibile est: q̄ ea committere presumant: vel dignētur: que de  
iure gentiliū in presidibus prouinciarum & pro consulibus id  
est legatis cesaris constat esse illicita. Qua ergo impudētia hoc  
attemperare audeat discipulus crucifixi / vicari<sup>9</sup> petri: pastor ani-  
marū quod vigēte in fidelium discipulus vicarius imperatoris  
sub officio consulis rector corporum presumere non audebat?  
Pena repetundarum ex superioribus liquet & tam institutis le-  
gum q̄ hystoriarū exēplis seculo nostro innotuit: & q̄ nisi in cau-  
sa esculenti & poculenti iudicia prouincialibus accipere nō lice-  
bat: ita tamen vt accepta nequaq̄ cederent in muneris rationē.  
Quis ergo credet q̄ patres ecclesie: iudices orbis: & vt dicā cla-  
rissima lumina mundi: diligant munera: sequant<sup>r</sup> retributiōes:  
prouincias p̄cutiāt vt excutiāt: loculos exinaniāt alienos: vt suos  
solident: verbis predicent paupertatem: & criminibus ad diuini-  
as properent / bonorum spiritualium damnēt cōmercia: vt cum  
eis dūtaxat in talibus contrahere liceat: id agentes vt omnibus  
sint terrori: amentur a nullo: quietem doceant: vt faciant rixas:  
humilitatem indicant & simulent: vt vendicent fastum: alienā  
pulsantes & suam fouētes auariciam: dictantes largitatē: tena-  
citati insistentes: & vt paucis loci hui<sup>9</sup> amfractus & volumina  
spaciosa complectar: cum sceleratis & flagitiosis omnib<sup>9</sup> ponē-  
tes portionem aut flagitia vendicantes insolidum vt videant<sup>r</sup>  
concilium vanitatis / iniqua gentiū synagoga ecclesia malignā  
tium: in quorū manibus iniquitates sunt / & dextera eorum re-  
pleta est muneribus? Absit vt hoc quisq̄ audeat suspicari: nec ca-  
dat in quēq̄ tantū scelus: vt ponat os suum in celuz / & patrū que  
non sunt pudenda denudet. Oīa eorū alba sunt & decora: nichil  
in eis est quod canino morsu pateat: aut saniam / vt satyric<sup>9</sup> ait  
posticam vereatur. Si tamen hec quispiam presumpserit ei vno  
validissimo respondetur argumento / cui resistere & contradice-  
re nō audebunt omnes aduersarii nostri. Quo inq; Opera inq;  
que ipsi faciunt / testimonium perhibent de eis. Si locū queris /  
effectum quo de cause sinceritate constet attende. Cuius enim  
opus bonū est ipsuz quoq; bonū est. Si auctore eum q̄ ait. A fru-  
ctibus eorum cognoscet eos. Non enim potest arbor mala frui-

etus bonos facere: aut conuersim / arbor bona malos fructus? Pos-  
sent pro eis / si quis tamē est: qui eis consentiat detrahendū plu-  
ra proponi: sed in defensione eorum hoc vnum sufficiat. Cōstat  
enim quia apostolorum oportet adorare vestigia: & illos eē vt  
patres honorandos: colendos vt dominos qui eorum possident  
sedem & imitantur vitam. Illos potius hec pagina respicit qui  
plumis vestiuntur pensilibus / in saturitate disputāt de ieiuniis /  
& quod verbis astruunt / operibus destruūt. In curru eunuchi re-  
gine ethyopum clausis oculis scripturas loquuntur & lectitant /  
& eum qui sicut ouis ad occisionem ductus est: & os suū coram  
tondente se non aperuit respicere dedignātur: aut nequeūt: nec  
discipulum veritatis interpretem donec descendant ad aquas:  
quibus mundentur ab operibus mortuis dedignantur colligere  
Vtiq; licet scripturarū infideant rotis & pennatorum anima-  
lium impetu / perferantur: lingua eorum cum de superioribus  
disputauerit: terram lingit / nec scripturas intelligūt / quia cor eo-  
rum non aperit scientiarum dominus / qui aperuit sicut in acti-  
bus apostolorum scriptus est cor lidie purpurarie: vt audiret ea  
que dicebantur a paulo: que fidelius / humili obedientia māda-  
torum: q̄ disputatione verbosa deum timentibus innotescunt.  
Fur autem quis sit duplici ratione colligitur. Nā ille qui de cō-  
uersatione terrena / per superbie scalam ambitionis & vitiorū  
gradibus innitentem in ouile ascendit / christo contempto id est  
neglecta rectā via & plana simiosis amfractibus liminaria suf-  
fodit / aut parietum iuncturas irrumpit / aut per tegulas infusus  
illabitur: profecto fur est & latro. Qui vero christo aperiēte ho-  
stium id est ecclesia vocante ingreditur & postmodum sub vm-  
bra pastoris efficitur persecutor id est spoliat mactat: occidit: &  
perdit. fur indubitatus est. Tu vide in quo gradu ponēdi videā-  
tur quibus non sufficit diuini iuris licentia tondere & deuorare  
pecus / nisi secularium legum implorent auxilia & officiales p̄n-  
cipū facti / ea p̄mittere non verentur que facere alius quilibet pu-  
blicanus erubescat. Interim voluptati seruiant aut auaritie & q̄  
eos elegerūt / v̄ admiserūt in custodiā sui / depopulant & p̄mūt:  
mortēq; eorū desiderāt / quos foueri oportebat i carne & spiritu.  
Tenet p̄fecto memoriter illā p̄pheticā. Ecce cōstitui te sup gē-  
tes & regnavt euellas & destruas & dispdas & edifices & plātes.  
Que ergo plātata inuenerit nititur auellere: vt edificēt sibi do-  
mū dñi in muneribus manus / aut lingue aut obsequii / aut eos  
substituunt explātatis quos elegit affectio carnis id est aut geni-

Hier. xxxviii

S. li. vii. ca. xiii

Act. xvj.

Quis pastor  
dicitur fur.

Hieremie. i.

## Polícratíci de Curialnū nugis.

tos a se aut sibi ab aliis carnaliter genitos. Immenſum híc aperi-  
ritur opus & via calamo dilatatur: ſed ſubſiſto parcens articulis  
qui publicis aſpectibus ingeruntur. Si quis autē híc quippiā dici  
durius calūniatur: ſi ea que a patribus dicta ſūt legerit: mihi fa-  
cile veniā indulgebit. Si enī tyrannus ſeculari iure diuino & hu-  
mano perimit quis tyrannū ī ſacerdotio diligendū cenſeat aut  
colendum? Quid ſi iſtud videtur acerbum: illum qui non niſi vera  
loquebatur & dulcia ī patrociniū aduoco beatum Gregoriū/  
qui acerbius iſta proſequitur. Et vt cetera taceam / hoc ipſis oib⁹  
notum eſt: quia ſcire plati debent qd cū ipſi delinquant tot morti-  
bus digni ſunt: q̄t ad ſubditos pditionis exēpla tranſmittunt.

**M**inistros dei eſſe tyrannos & quid tyrānus & de moribus  
gaili caligule & nerōis nepot⁹ ei⁹ & exitu vtriuſq; Ca. XVIII.

**M**inistros dei tamen tyrannos eſſe non abnego qui in  
vtrōq; p̄matu ſcilicet animarū & corporū / iuſto iudi-  
cio ſuo eſſe nolint / p̄ quos punirentur mali & corrige-  
rētur: & exercitarentur boni. Nā & peccata populi fa-  
ciunt regnare hypocritā & ſicut regū teſtatur hystoria defectus  
ſacerdotum in populo dei tyrannos induxit. Siqdē p̄mi p̄ſes &  
patriarche / viuendi ducē optimā naturam ſecuti ſunt. Succeſſe-  
runt duces a moyſe ſequētes legē: & iudices qui legis auctori-  
te regebant populū & eoſdem fuiſſe legimus ſacerdotes. Tādē  
in furore dñi dati ſunt reges: alii quidē boni: alii vero mali. Se-  
nuerat enim ſamuel: & cum filiis eius non ambularent in viis  
ſuis: ſed auaritiā & immundiciā ſectarentur / populus qui for-  
taſſe & ipſe meruerat: vt ei tales preeſſent ſacerdotes: a deo quē  
contempſerat ſibi regem / extorſit. Electus eſt ergo ſaul: reg⁹ ta-  
men iure p̄redito. i. qui filios eorum tolleret: vt faceret aurigas  
& filias vt panifice fierent & focarie: & agros & predia / vt ea p̄-  
libito diſtribueret ſeruis ſuis: populūq; totum ſeruitutis preme-  
ret iugo. Idem tamen xp̄us dñi dictus eſt: & tyrannidē exercēs  
regiū non amiſit honorem. Incuſſit enim deus timorem om-  
nibus: vt eum quaſi miniſtrum dñi cuius quodammodo geſta-  
bat imaginem venerarentur. Amplius quidē adiciā / etiam ty-  
ranni gentiū reprobati ab eterno ad mortem / miniſtri dei ſunt /  
& xp̄i dñi appellātur. Vnde propheta. Ingredientur portas ba-  
bilonis duces videlicet cyrus & darius. Ego enim mandauī ſan-  
ctificatis meis: & vocauī fortes meos in ira mea / & exultantes  
in gloria mea. Ecce quia ſanctificatos vocat meos & p̄ſas / nō  
qd ſancti eſſent: ſed dñi aduerſus babilonem implebant volunta-

Audat bñſi  
gregoriū.

xj. q. iij. p̄cipue

Job. xxxiij.  
i. Reg. xiiij.

Josue. i. per  
totum.

i. Regū. xvj. &  
xxiij. & xxvj.

Eſate. xij.